

Majoricen Approbationis  
Cultus B. Raymundi Lullij.

Beatissime Pater:

Lilij tui Petri Antonius Riera, et Franciscus Vich, Sacerdotes Ordinis Minorum de Observantia de Tonge ad Te venientes nomine Populorum Balearium Insularum ad Sanctissimos pedes tuos prostrati, humillime, et enixe a Te, qui es Christui Domini, postulant approbationem illius cultus Beati Martyris, quo a Seculis, et ab immemorabili tempore, apud illos Populos, aliquaque Provincias constanter, et pacifice potitur Raymundus Lullus eorum concivis Tertij e Minorum Ordinis Eremita.

Jam vero, quod ad ipsius immemorabilis cultus probationem attinet, ea evidenter exsurgit ex Procesu auctoritate Rmi Majoricensis Episcopi, legitime constructo, et ad Sacram Rituum Congregationem transmissio.

Quantum autem ad eiusdem Beati Operum Revisionem spectat, in qua Causa cardo vertitur, et si Oratores minime sint nescij eius, quod Tu de illo scriptisti in eximio, et elucubratisimo opere de Servorum Dei Beatificatio-

ne Lib: pmo: Cap: 4o: num: 4: At nihil omi-  
nus tamen conscientia, quam veritatis et justitiae  
suis amantissimus, exponere audent S. V. rati-  
ones, quibus de dicti B. Raymundi Operum au-  
tographis certo non constare: queque sub illius  
nomine circumferuntur, jam pridem Sacri  
Concilij Tridentini auctoritate examinata  
et approbata fuisse demonstratur, atque con-  
traria argumenta refutantur: Te humiliter  
exorantes, ut inter gravissimas Sacrosancti  
Apostolatus curas, quibus detineris, benigne  
rem totam perpendendo, tandem aliquando  
hunc Causae gravissimo tuo judicio finem con-  
stituas, explesaque omnem expectationem diu-  
turni ipsorum desiderij. Quod si forte nunc  
in Suprema Petri sede locatus, in illa (quod  
non existimant) quem Doctor privatus ape-  
ruisti, sententia permaneas, ipsi certo Ora-  
tores, Populusque predictus in tua libentissi-  
me definitione acquiescent: Sin autem verum  
Veritate perspecta, aliud, ut sperare licet,  
sentias, humillimi Oratorum precibus benig-  
ne annuere digneris, saltem pro eximia  
tua prudentia id efficere, ne tanta S. V. aucto-  
ritate huic negotio difficultas accedat, ut  
jam actum de causa videatur.

Plane?

2

Plane, quod ad primum Caput attinet, quamquam  
Probatur non constare de Auto-graphis Operum B. Raymundi et Lullij usque ad s. Verum præterea. ex constanti traditione omnium Historicorū, qui de eo loquuntur, à coevis exordium ducendo, in dubio deprehendatur; B. Raymundum non nulla scripsisse Opera: at certe tamen de nullo eorundem exemplari constat, vel unquam constare poterit, fuisse re vera ab illo scriptum, cum nulli reperiantur ejus Auto-grapha, neque aliqua Epistola, aut aliud quodpiam monumentum sua ipsius Beati manu exaratum, ex quo de ejus charactere constare possit: Immo ne quidem reperiatur Epistola illa, quam ad Patres Juratos Senatus Majonicensis a dicto Ps. Raymundo e Bugia missam fuisse constat, paulo antequam a Mauris pro Christi Fide lapidaretur, cuius sumtaxat exemplum transcriptum in Registro aliarum Epistolarum in Archivo Regni Majorie adseruato inventum fuit anno 1612: quo Processus auctoritate Ordinaria contruebatur, ut ex illo patet. Que incertitudo ex eo praesertim augetur, quia manuscripta, que sub nomine B. Lullij circumferuntur, Omnino diversis apparent characteribus exarata.

Hęc profecto quidquam officit, plures circumferri libros typis excusis eiudem Lullij nomen

nomen in fronte gerentes. Ex facto enim constat, ipsum scripsisse ex eunte seculo decimo tertio, et in eunte seculo decimo quarto, ante scilicet centum eoque amplius annos, quam Typographieq; Artis usus inveniretur, ideoque cum ijdem Libri nequaquam impressi fuerint, ipso vivente, sed post diuturnum temporis decursum, quam ex hac vita migraverat, eidem plane Lullio tuto adjudicari non possunt, cum potuerint per ejusdem doctrine emulos, quos semper injuria eadem habuit, ipsi Lullio falso attribui, novum enim non est, libros alicui dolose attribui, qui illius non sunt, ut Late ostendit Theophilus Raynaud: Oper: tom: XI. a pag: 265: usque ad 310: ubi innumera supposititia adulterataque Opera numerat; et n<sup>o</sup> cens exemplum habemus de libro cui titulus, Dialogus adversus Fraticellas = falso attributo S. Jacobo de Marchia, quod refert S. J. in suis litteris in forma brevis datis die 16: Januarij 1748: super operibus Ven. Sor. Marie a Jesu de Alreda, relativis in Tom: VI. tuorum Operum editionis ad usum Academie coimbricensis, pag: 263: S: Huius.

Quod si eadem Opera ipsi Lullio adjudicari non possunt,

possunt; quanto minus una aut altera eorumdem Operum particula, sive propositio, que presertim eo tempore quo eadem Opera manuscripta circumferebantur, sive ex eorum, qui illa transcribebant, imperitia, sive ex Adversariorum malitia, aut alia ex causa, facile immutari poterant, pluraque in illis inseri, que ab ipso Lullio nendum non scripta, sed ne cogitata quidem fuere?

Hoc posito, cum perspicuum habeamus Sanctitatis

Verbre sententiam in dictis literis super Operibus Ven: Marie à Iesu de Agreda, dicto

Tom:VI: pag: 262: §: ut autem, quod scilicet=

In judicio, quod fit ex more Congregationis Sa-

" crokum Rituum, primum examinis subiectum

" est ut constituantur quinam propositi Operis

" Scriptor extiterit. Quod si evidenter non cons-

" tet ad eum pertinere, cuius Beatificationis

" et Canonizationis Causa agitur, revisio Operis

" pretermittatur, atque in ipsa Causa, prout res

" ferunt, ad ultraiora proceditur, nec ullum-

" examen libri instituitur, nisi manifeste cons-

" titerit illius Auctorem esse ipsum Dei ser-

" vum, cuius nomine inscriptum perhibetur.

In verba Decretorum Urbani VIII. = Pre-

terea illud etiam diligentissime indagan-  
dum

dum est, an ille pro cuius Canonizatione ins-  
tatur scripsiterit aliquos Libros (Nam si scrip-  
sisse constiterit) = Hi Predecessor noster non di-  
xit, si Scripsisse probabile, vel verisimile sit;  
sed ait = Si Scripsisse constiterit = Quibus ver-  
bis non probabilitas, sed certitudo requiritur,  
quemadmodum atentra etiam inconclusa pra-  
xi prefate Congregationis alibi à Hobis aper-  
tum fuit de Canonizzazione Sanctor: lib: 2: Cap:  
34. num: 4: = Profecto ex superiori perpensis,  
non constito de autographis Operam B. Lullij,  
consequitur procedi posse in hac Causa ad  
ulteriora, pretermissa Operum, que sub eius no-  
mine circumferuntur, Revisione.

Que clariora fiunt ex ijs que eadem clancitatis Ver-  
tra ibidem rem illustrando subjungit de pro-  
xime relato Dialogo adversus Fraticellor; quod  
scilicet quamvis illum Hadinus a S. Iaco-  
bo conscriptum ac proprio ipsius Chirographo  
exaratum asserebat, ipsique etiam Postula-  
tores de hac re minime dubitabant; at ta-  
men cum peractis desuper inquisitionibus,  
exactisque diligentissimi, non dubia, incertaque  
videretur, Tu B.<sup>m</sup>e. Pater, qui tunc gravissi-  
mo Fidei Promotoris munere egregie fun-  
gebaris, a S. Clem: Clemente XI. cui exi-

mia

mia tua Doctrina Spectatissima jam et diu  
cognita erat, consultus tuam Sententiam  
maturiori consilio protulisti in hęc Verba ibi-  
dem relata = Horrā autem sententia fuit,  
in eiusmodi judiciorum varietate, ac proba-  
tionum incertitudine, responderi posse: De-  
Huctore Dialogi non constare, atque ita ad  
ulteriora in Causa procedi. Cui quidem Consi-  
lio, ut subiungis, cum Pontifex benigne an-  
nuisse, liberum cursum ipsa Causa deinde  
habuit.

Demonstratur usque ad S. Beli - Verum præterea, ut cause Postulatorei à Summa  
quum est Opera que sub B. Raymun- S. O. benignitate id facilius consequantur, hu-  
di nomine circumferuntur fuisse iumodi Opera Sacri Concilij Tridentini auc-  
sac. Concilij auctoritate approbata. toritate examinata, atque approbata fuisse,  
planum facient: Usque id clarius deprehen-  
datur, primum ad S. P. memoriam revocant  
rigidissima examina, maximaque Cura  
premissa recte confectioni Indicis Librorum,  
qui, vel heretici esserent, vel de heretica pra-  
vitate suspecti, vel certe moribus, aut pie-  
tati nocerent. id enim negotij a San. Mem.  
Pio IV. demandatum fuerat uniuerso sacro  
Concilio Tridentino, quod ex ranta Episco-  
porum sunt verba ejusdem Pontificis in  
Constitutione incipiente = Dominici Gregi-  
Zidem

*Eidem Indici prefiga) et aliorum doctissimo-*

*, rum Virorum copia delegit ad eum confiden-*

*, dum Indicem multo, cum doctrina, cum judi-*

*, cio inniges Prelatos ex omnibus fere nationibus,*

*, qui quidem non sine maximo labore, pluri-*

*, misque vigilijs, eum Indicem tandem, Des*

*, adjuvante, perfecerunt, exhibiti etiam in*

*, Concilium lectissimi quibusdam Theologi.*

*, Peracto autem Concilio, cum ex ipius Syno-*

*, di decreto is Index Hobis oblatus fuisse est.*

*, Hoc doctissimi quibusdam probatissimisque*

*, Prelatis eum accuratissime legendum exami-*

*, nandumque tradidimus, et ipsi etiam legimus.*

*, Cum igitur eum magno studio, acri iudicio,*

*, diuturna cura confectum, et preterea com-*

*, modissime digestum esse cognoverimus; Ha-*

*, satui animarum consulere cupientes &c. ipse*

*, sum Indicem auctoritate Apostolica &c. ap-*

*, probamus, imprimitique ac divulgari, et ab*

*, omnibus Universitatibus Catholicis, ac qui-*

*, bicumque alijs utique suscipi &c. mandamus;*

*, et patet etiam ex Concilio Tridentino, ses:*

*, 18: et 25: ac Prefatione ad Regulari ejusdem*

*, Indicis.*

*P*reterea Suplices Te perpendere exorantur fratres

*, illos ab universa Tridentina Synodo ad*

*exacti*

exacti indicis efformationem delecto, pre oculis habuisse indicem Romanum antecedenter

Pauli IV. justu editum, uti in eadem prefatione mox citata tentatur oculatus Tertii P. Fran-

ciscus Terrerius Ord: Predicatorum ipsius Tridentine Deputationis á Secretis, qui ibi ait =  
Hc in eam tandem sententiam post diuturnam deliberationem venerunt (Patres nempe illi deputati) ut judicarint nil utilius fieri posse, quam si Romanus ille Librorum prohibitorum Index ab Inquisitoribus Romæ postremo confectus, paucis tantum dempti, atque etiam additis retineretur.

Pauca igitur ex indice illo Librorum prohibitorum

Pauli IV. jussu confecta dempta fuerunt;

interque recensentur Lulliana Opera, ut ex utriusque indicis collatione patet. Quumque

Opera illa, que ipsi Patres ab ea priore in-

dice sustulerunt, summa cum maturitate,

examine, et judicio, ob id quidem sustulif-

se censeri debeat, quia prudentissime ju-

dicarunt ea nullatenus esse nociva, et

perniciosa Fidelibus: plane per se patet,

eos antequam id ficerent, diligenter ex-

minasse ea Opera, que inde auferre in-

tendebant; Licet enim hec, non aliunde,

tamen

tamen ex eo saltem quod aliquando fuisse  
sent in eodem indice alligata, velut ziza-  
nia in fasciculo ad comburendum, procul  
dubio pravitatis suspicionem contraxerant;  
et consequenter omnino fateri cogimur, Ope-  
ra Lulliana ab ijsdem Patribus per Sacrum  
Concilium Tridentinum deputatis fuisse pri-  
uquam à dicto indice deterentur, summa-  
que eos decebat, atque gravissimo huic ne-  
gozio conveniebat, cura, ac diligentia ex-  
minata, et comperto quod non continerent  
errores contra fidem, neque aliquid contra  
bonos mores, vel novam aliquam, aut pere-  
grinam doctrinam, seu à communi Eccle-  
sie sensu alienam, denique fuisse appro-  
bata: Vnde hec forse considerans Bordonus  
in Manuali Qualificatorum Sect: 56: num:  
26: Patres, inquit, Concilij Tridentini pro-  
curantes exactum indicem edere, in eo non  
expresserunt Raymundi Opera, ergo evidens  
argumentum quod innocens semper fuit ab  
heresi.

**C**Et ita enim vero: alias ijsdem Patres viderentur  
vice reformationis locum ansanguine dedisse  
pravaricationi; idque dici etiam p. f. <sup>ad</sup> ~~ad~~  
Summo Pontifice Pio IV. qui suis Apostolicis  
literis >

6

literis Patrum illorum doctrinam et judicium  
commendat, testimoniumque perhibet de  
eorum maximis laboribus, Vigilijs, et Curijs  
in retra ipsius Indicis confectione; ac tan-  
dem affirmat, nedium per alios probatissi-  
mos viros, verum, et per se ipsum eundem  
Indicem examinasse. Quid vero absurdius  
quam talia cogitare de Supremo Pastore adeo  
vigilante in Dominici Gregij sibi crediti  
custodia, ac de prestantissimi undequaque  
Prelati, et Patribus?

Sed hec rati, vel etiam nimium multa sunt ad  
patetaciendum eadem Opera Sacri Concilij  
Tridentini auctoritate examinata et appro-  
bata fuisse. Ad hujus autem rei confirma-  
tionem plura accedunt perspicua documen-

ta, scriptorumque testimonia, que ijdem Cau-  
se Postulatores S. O. oculis humillime sub-

**VI** ijciunt; et primum omnium preclarum hac  
de re testimonium perhibet Testis Ocularis exi-

mius Vir Joannes Ludovicus Villeta, in no-  
titia Approbationum Operum B. Ray-

mundi Lullij prefixa Atri brevi ejusdem  
Lullij editæ Barcinone anno 1565: ubi hec  
habet = Sed jam tandem in Sacro Ecume-  
nico Concilio Tridentino omnis consentio

compo-

," composita est ex supracitatis, et alijs quam  
," plurimi in approbationem, defensionem, et  
," commendationem Divi Raymundi Lullij,  
," et ejus omnium Operum tanguam Catholi-  
," corum per integrum fere biennium a Lu-  
," davico Joanne Villeta Barcinonense Theo-  
," logo adductis, et diligenter examinatis per  
," Sacrum Collegium DD. a toto Concilio ad  
," hos, et similes actus specialiter depura-  
," torum, ubi interfuerunt Patriarcha Vene-  
," tus, et quatuor Archiepiscopi, quatuor ite-  
," Episcopi, simul cum uno Abbatte, duobus  
," Generalibus Ordinum, et quatuor Doctoribus,  
," ex omni fere Christianitate selecti, docti-  
," simi, et Religiosissimi, qui concordi sen-  
," tentia prima die Septembris 1563: decre-  
," verunt, expungendam Divi Raymundi  
," Lullij quamcumque Operum improbationem  
," ab Indicibus, presentim Pauli PP. IV.  
," Librorum prohibitorum, ubi allegatur pre-  
," dicta Bulla Gregorij XI: fictitia, ex sola  
," mentione que de illa reperitur facia in  
," privato cuiusdam Opere: Illud autem  
," Statutum jam post servatum videretur  
," in Catalogo SS<sup>MI</sup> D. H. Papae Pij.  
Idque ipsum laudatus Villeta confirmat in  
Epistola

Epistola ad Joannem Ludovicum, et Guiller-

7  
rum Paulum Lullios pre<sup>fixa</sup> Operi, cui titu-

lus = Artificium sive Ars brevis D. Raymун-

di Lullij = impresso anno 1565: cuius particu-

la comparsata fuit in novo Processu Compul-

soriali ad Orbem transmissa, et ita se habet =

Eximavi non uiquequaque contemnen-

" dum Officium me prestitum, si Vestrum

" D. Raymundum Lullum, cum nostre tati-

" us Cathalonię tum vestri in primis gene-

" ris decus, et Ornamentum preclarum, quem

" ante in Sacro Ecumenico Tridentino con-

" cilio a quibusdam blaterantium malevo-

" lorum calumnijs, et afflictionis minisque

" consideratis, ne quid aliud dicam, quibus-

" vis improbationibus, quanta fieri potuit

" diligentia, et fide vindicaveram.

Adest quoque quedam Epistola Cardinali Paleotti

responsiva alteri Epistole ei missa a Cano-

nico Segui Postulatore huius Cause, cu-

ius exemplum adducitur a P. Caturerio

Societatis Iesu in suis Dissertationibus his-

toricis dixe: 2: Cap: 4: n° 37: et 38: mar-

gin: Que Epistola est sequentis tenorii =

Jllri. et Adm. Reverendo D. Doctori Joan-

" ni Segui Insularum Balearium Procura-

tori

77 tori Romam= Illustris et Adm̄. R̄ev. Dñe.  
77 La Scripta Sacrosancti Concilij Tridentini,  
77 quorum D. V. per suas literas Copiam pe-  
77 tit, non sunt apud me, ego enim quamvis  
77 in eodem Concilio plura Scripserim, tamen  
77 Auditoris Rote apud S. Sedis Apostolica  
77 Legatos munere functus sum, non Secreta-  
77 rij; ii erat Episcopus Thelisinus, cuius qui-  
77 dem scripta, quecumque ad Concilium  
77 Tridentinum pertinent, in Summi Pon-  
77 tificis Archivio adservari existimo. Quod  
77 me non latet in hoc negotio, illud unum  
77 est, non in generali, et pleno Concilio, sed  
77 in particulari quadam Congregatione  
77 de hoc eodem negotio actum fuisse. Quid  
77 præterea de eo Statutum sit, nescio.  
77 terum D. V. erga industrios, et Mactos  
77 Auctores voluntatem, et diligentiam  
77 laudo, et presertim Causam istam Reli-  
77 gionis et Catholice Doctrine, qua addu-  
77 ci se affirmat. In reliquis rebus D. V.  
77 quocumque illi studium deferre pote-  
77 ro, hoc totum illi polliceor. Bene valeat  
77 in Domino. Bononiæ III: Febru-  
77 arij 1586: = D. V. uti Frater am-  
77 mus Gabriel Cardinalis Paleottus.

8

De hoc etiam negotio de auditu à Teste oculari restatur P. Petrus Gil Societatis Jesu, Civis Tarragonensis, et tunc Rector celebris Collegij Montis Sion nuncupati eiusdem Societatis in Civitate Majorice, qui inductus in Testem in Processu anno 1612: constructo, dum iam esset etatis annorum 62: hec deposuit = Eui disce-  
polo del Signor Canonico Ludovico Gio-  
vanni Villeta Dottor Theologo = Di più  
udij dala bocca di detto Dottor Villeta,  
il quale aveva accompagnato al Conci-  
lio di Trento il Molt. Illustrē e Rmō.  
Signore D<sup>r</sup> Guglielmo Cassador, Vescovo  
di Barcellona, e nel Concilio il detto Dottor  
Villeta erasi molto segnalato in diverse dis-  
pute e dourine. Diceva dunque il deo<sup>s</sup> Do-  
ttor Villeta Che de Libri di Raymundo Lull.  
ne fu trattato dalli Padri del Concilio, che  
avevano cura diformar l'indice de libri  
proibiti, se si dovesser proibere li libri di  
Raymundo Lull. e diceva il detto Dottor Vi-  
letta che determinarono di non proibirli  
perche appariva vera e Catolica la sua  
Dotrina.

Tandem id ipsum concorditer testantur quam  
plures

plures tum preteriti, tum presentis seculi scrip-  
tores, nimurum Vasquez in 1: par: tom: 2:  
disp: 133: quest: 32: Cap: 4: Cocolano in  
Historia Valentina, lib: 3: Cap: 19: in fine.  
Daza par: 4: Chronic: S. Francisci fol:  
298: Col: 1: Petrus Hieronimus Sanchez  
de Lizarazo in Opusculo cui titulus = Me-  
thodius ad omnes Scientias facilius addicen-  
das, in Vita Raymundi Lullij post dedicator.  
Joannes Riera in Transumpto Memorialis  
in Causa Raymundi Lullij prelud: 12: num:  
4: et 5: Gabriel Joannes Bolicher in appro-  
bat: Supradicti Memoriali. Dermicus Thadei  
in Acta Franciscanae Religionis pag: 491:  
Vincentius Mut: tom: 2: Histor: Regni  
Balear: lib: 2: Cap: 14: Salellas de Mazz:  
Tribun: S. Inquisit: tom: 2: lib: 3: (uncod.)  
reg: 276: n. 77: et 78: Arturius in Marty-  
rolog: Francisc: ad diem 29: Junij §: 8:  
Joannes Hubrius in Triumpho Archei; Al-  
phonius Zepeda in Arbor: Scient: in Vita  
Raymundi Lull. ei prefixa; Antonius San-  
derus, in approbat: lib: 3: Zepeda pag: 127:  
Franciscus Marzal, in prefat: ad Aritbrev:  
Raymundi Lull. Kirker in prefat: Art:  
Magn: §: 1: Dionysius Blasco in  
Theolog:

Theolog: Baconia dist: 89: quest: 11: Centur: 9

13: num: 236: Franciscus Doms. in Panegir:

Raymundi Lull: Nicol. Antonius in Biblio:

Hispan: antiqu: lib: 2: Cap: 3: num: 78: in

fin: Card: de Aguirre in Theolog: S. Anselm:

tom: 2: trac: 4: Cap: 27: Disp: 51: sect: 1:

num: 7: in fin: Dominicus de Gubernatis in

Orbe Seraphic: de Mission: tom: 1: fol: 573:

num: 157: Bordonus in Manual. Qualificat:

S. Officij sect: 56: num: 26: Thomas Strozzi

controvers: dell: Immaculata Concessione

tom: 2: lib: 8: Cap: 17: fol: 352: Cuturerius

in dissert: historic: differ: 2: Cap: 4: 5: 10:

Bollandite tom: V: ad diem 30: Junij art:

5: num: 108: fol: 727: Joo Salsinger. tom:

1: Oper: Raymun: Lull. edition: Moguntin.

in princip: Franciscus Wolff: in Censura

Ordinar: ad tom: 1: 22. Oper: Apologia pre-

fixa tom: 2: lib: Contemplat: Raymund:

Lull: edition Magunt: in prefat: sive 2:

part: 5: Hec defuit, Salvator Arriques

in approbat: Artis brev: Raymund: Lull:

tom: 1: edition: Majoricen 5: et maxime;

Antonius Perello in censur: et approbat:

libri de centum Proverb: 5: 1: Bartholo-

meus Fornes in lib: apologet: Art: Magn:

dist:

dicit: 3: cap: 8: num: 20: Emmanuel Calde-  
ron dela Barca in approbat: prefixa su-  
pra d° libro apolog: Antonius Pasqual in  
examine Critics P. Feixos dissert: 3: §: 9:  
num: 59:

Que omnia firma immotaque manent non  
obstantibus exceptionibus, que in contrarium  
considerari possunt: et quidem, quod in  
proxime superiori §: Sed hec satis adducta  
luculenta Villete aceritatem mentio fiat  
de eodem Villete, tanquam de Persona  
distincta ab eo, qui scribit; ex hoc certe  
inferri nequit eamdem non esse ipsius Vi-  
lletę: Vetus est enim mox scriptorum, ut ipsi,  
qui scribunt, sic de se, quasi de alijs loquan-  
tur; ut maxime perspectum est Zibi, Bernu  
Pater, preclarar eruditione atque doctrina re-  
dito. sic Cesar in suis Commentariis, Joseph  
in libris de bello Iudaico, Procopius in His-  
toria. Immo etiam moris Scripture Sacre est  
ut ipsi, qui scribunt, sic de se in illa, quasi  
de alijs loquantur ut his verbis, et exem-  
pli adductis docet S. Gregorius in prefat:  
in Job: Cap: primo; et bene S. Augustinus  
lib: 17: contra Manich: cap: primo ~~et que~~  
etiam magis, quia consonat alteri ipsius  
Villette

Villetæ alterationi relate supra s: idque ip-

sum, in qua expressum habetur eidem Vi-

llete nomem.

Concidit altera obiectio, quod eidem Villetæ quip-  
pe qui in Sacro Concilio Tridentino fuit hu-  
ijs cause Procurator, negat tribui fides; ete-  
nam ipse Villeta fuit unus ex Præstantiori-  
bus sui Episcopi Theologis, ac vir in gravissimis  
versatus negotijs, uti legi poterit in Histo-  
rijs Principatus Cathalonie, aliquique. Num  
tamen præcunctis validissimum illius doc-  
trine, ac prudentie monumentum sat erit  
in medium adducere, quod in Sacrosanto  
Concilio Tridentino die 17: Junij anni 1562:

in examinandis quinque articulis de Com-  
manione sub unica specie, et an Parvuli

effet porrigenda tanta dexteritate, Sapien-  
tia, eruditione, ac Religione disseruit, He-  
reticorumque pertinaces diluit cavillatio-  
nes, ut Ecumenica Tridentina Synodus  
intenta ad eum esset, ac libenter ipsum  
audiret duabus horis de his disputantem,  
ab eoque postulaverit, ut postero die incep-  
tum prosequeretur sermonem; quod ita perac-  
tum fuit. Habetur id ex Cardinali Palla-  
cino in Histor: Concil: Trident: par: 2:  
lib:

lib: 17: cap: 6: num: 7: Disputatio vero ab  
ipso habita extat apud Labbeum, tom: xx:  
Concil: ex pag: 611: et ibidem ex pag: 899:  
legitio Concilio doctissima, et eruditissima  
de Divino Spiritu ab eodem Villata in Con-  
cilio habita, anno 1563.

Quis ergo considerans eximias animidotes tanti  
Viri, eidem narranti aliquid, ipso curante,  
ac presente, factum fuisse, fidem negabit?  
Vulgati namque juris est, Procuratorem Spec-  
tate probitatis, presentim si sit Clericus,  
vel Sacerdos, recte probare in illa Causa,  
in qua fuit Procurator, ut bene Pasterinus  
in Cap: 3: num: 15: de Testibus in 6: ibi=  
Multi numerantur casus, in quibus Procu-  
rator, vel Advocatus pro suo Cliente  
admitti in Testem est. Quartus casus. Si Pro-  
curator sit valde bone fame, et probata  
vite, quia hic non debet repellri a testifi-  
cando. Quintus est de Clerico Procuratore,  
quem posse pro suo principali testificari  
probat ex Bellamera dec: 604: et quod  
Sacerdos etiam si sit Procurator, Proberet, di-  
xit Rota dec: 276: num: 19: part: 10: re-  
cent.

Quid? quod idem Villata huiusmodi Testimo-  
nium

11

nium perhibuit, ac typis edidit anno 1565:

tempore quidem minime suspecto, dum a  
Concilio Tridentini celebratione vix unus,  
aut alter annus effluxerat; qua tempora-  
te, quom adhuc viverent fere omnes qui  
Concilio interfuerant, presumi certe neguit,  
aut ipsum fuisse in lucem edere attei-  
tationem, cuius falsitatem tot contrarij

Testes redarguissent, quo fuerunt Patres,  
et Theologi Concilij, qui plane Ora et  
Calamos suos non continuissent, ut ab  
omnibus falsissimus impostor diceretur.

Quid? quod si attendatur ad locum, in quo  
typis edita fuit a Villeta attestatio, de-  
prehendemus, Paucinone tunc Episcopum  
fuisse ipsum Guillermum Casiodor, quem  
Villeta ad Tridentinum Concilium co-  
mitatus fuerat. Porro sicut Episcopum  
non latebat, quid in Concilio actum fue-  
rat in causa, de qua agitur, si quid in-  
edenda sua attestacione Villeta minus  
verum enarrasset, profecto licentiam eam  
typis mandandi idem Episcopus ad-  
huc eamdem Paucinonensem Ecclesi-  
am regens non concessisset.

Quid? quod laudatus Villeta ad comproban-  
dam

dam veritatem rei a se geste, et narrare  
ad invincibile provocat documentum, ad  
Indicem nempe sub **Paulo IV:** jam pridem  
editum, in quo reposita legebantur Opera  
Raymundi Lullij; mox ad alium indicem  
**Pij IV:** in quo nulla de ijs Operibus men-  
tio habetur. Illud autem statutum (ait)  
jam post servatum videmus in Catalogo

SS.mi. Dni. Hri. Pape Pij IV.

**Q**uid? tandem quod eidem Villete ad innar-  
Victoris & concilio Tridentino redeunni  
magna a Principatu Cathalonie facie-  
fuit retributio, ut patet ex instrumento  
inserto in Procesu in Causa B. Raymун-  
di Lullij anno 1612: auctoritate Ordin-  
aria constructa. Collata namque di-  
fuit moderatio Cathedre scien*ie* Sul-  
lian*e* Barcinone*rum* audum erecte, sua  
durante Vita, una cum pluribus alijs re-  
ditibus, emolumentisque grati animi er-  
go pro tanto exantato labore in Conci-  
lio Tridentino usque ad felicem optatum  
exitum, liberandi ab indice Librorum  
prohibitorum Opera B. Raymunda Lul-  
lij. Que omnia recte perpensa, maxim  
faciendam e*he* predictam Villete auer-  
ratio-

12

tationem apertissime convincunt.

Levissima quoque est exceptio, que forsan dari posset Epistole clare mem: Cardinalis Pa-  
leozii, cuius verba relata sunt supra §:  
Aderit quoque, quod scilicet in ea nulla  
fiat mentio examini Operum Lulliano-  
rum. Ex toto enim ipsius Epistole con-  
textu sedulo perpenso, undique colligitur  
in ea agide negotia Librorum dicti Lullij;  
quando quidem Responsio Cardinalis  
Paleozii directa legitur ad eum qui no-  
mine Insularum Balearium apud Sanc-  
tam Sedem Cauam B. Lullij agebat,  
ibi= illri. et Adm. Reverendo Domino  
Doctori Joanni Segui Insularum Ba-  
learium Procuratori. Roman= et ex  
illa patet eundem Procuratorem peti-  
sse Scripta Sacri Concilij Tridentini, que  
pertinebant ad indicem Librorum Pro-  
hibitorum; et quamvis nominatim non  
exprimantur Opera B. Lullij; at nemo  
tamen vir prudens existimabit eum-  
dem Procuratorem petisse universa  
Scripta ad dictum indicem pertinen-  
tia, que habere nihil sua, Insularum-  
que Balearium intererat; sed ea qui-  
dem

dem dumtaxat, qui spectabant ad ipsam  
Causam, quam agebat: alias fuisse incon-  
siderata et inepta, imo temeraria peti-  
tio, non presumenda in viro inter mil-  
le ad hanc causam agendam selecto.

Quapropter, quod idem Cardinalis respondit  
se scire nimirum, non in generali, et  
pleno Concilio, sed in particulari quadam  
Congregatione de hoc eodem negotio ac-  
tum fuisse, id omne ad negotium Lullia-  
norum Operum pertinere fatendum est;  
cum response relationem habeat ad pe-  
titionem, et ab ea interpretationem, de-  
clarationemque recipiat juxta Textum in

l. 10. §. Qui interrogatus f. de interrog:  
act: et §: Præterea init: de inutil: action:  
et Pro: dec: 264: n° 3: part: 5: r: et  
dec: 1038: num: 115: cor: Huius. Potissi-  
mum vero perpensis in sequentibus ejus-  
dem Epistole verbi: = Quid præterea de  
eo statutum sit, nescio: = Quis enim pu-  
tet eximium preclarique nominis Car-  
dinalis Archiepiscopum Bononiensem,  
qui in eodem Concilio interfuit, nesci, vis-  
je anno 1586: quo nec scribebat, qua-  
nam actum fuerit de negotio Indicis

Libro-

Librorum prohibitorum; quando ante vicen-

tiam librum pateretur illud et manus suum, et quod excurrerat, ne dum absolutum,

et perfectum erat, sed ipse index jam per-

Summum Pontificem approbatu*s* impressu*m*

erat, atque evulgatus? Inde vel ex hoc li-

quet, cumdem logui de examine Operum

B. Raymundi, cuius exitum ignorabat.

**I**dem laboraret levitate exceptio, si ea forte

daretur, luculento testimonio D. Gil Socie-

tatis Iesu, relato supra S: de hoc etiam,

quod nempe sit Civi*s* Insularum Baleari-

um, et consequenter non integre fidei ob-

suspicionem affectionis in hac causa. Si-

quidem in primis is erat Civi*s* Tarraconen-

sis, non autem insularum Balearium.

Tum etiam quia nil eo antiquius, quam

quod in hisce Causis admittantur, et proba-

tionem faciant ipsi Cives, Consanguinei,

vel Affines, Domestici, ac Familiares Servo-

rum Dei, de quorum Beatificatione agi-

tur, ac etiam Religiosi ejusdem Instituti,

Cum quelibet affectionis suspicio purgetur

per juramentum, ut pluribus relatis docet

S. O. in vere praestanti Opere de Servor: Dei

Beatific: lib: 3: cap: 6: nu: 12: et 13.

Denique convelli nequeunt ea, que de iam perac-

to predicto examine, ac sequuta approbatione Operum B. Lullij memorie prodiderunt scriptores adducti supra S: Tandem, ex eo quia sunt posteriori egi, qui rem scire non potuerunt, nisi ex aliorum relatione: Signum quo illi sint plurimi, ac nonnulli eorum dissitarum, inter se gentium, nationumque, qui certe hanc rem, non ab uno fonte, sed a pluribus haudis censi debent, ac sint omnino concordes: profecto ei standum esse videtur, ac pro certo veritatis argumento deserviunt per Textum in l. 1: ff: de Offic: Pref: Praetor: Rot: dec: 353: num: 23: part: 5: rec: et dec: 106: num: 9: par: 10: ibi= Si aliorum Historicorum assertio concurreret, pro certo Veritatis argumento deserviret= ac saltem ostendunt publicam famam eiusmodi examini, nec leve faciunt adminiculum.

De reliquo in materia probatoria, de qua agitur, documenta supra dicta non sunt singulatim, ac per se, sed coniunctim pendenda; ita ut probatio, que forte non resultat ex singulis, sat sit, quod desumatur ex omnibus simul junctis, ex quibus S. V. motum animi sui confirmabit, juxta celebrem Textum

Textum in Cap. Præterea de Testibus, ac Vul-  
gatum communiterque Receptum axioma quod  
singula, que non prosunt, juncta juvant, de  
quo Rot: coram: Falconer: de Offic: Ordin:  
dec: 8: n° 10.

Sed quorum in his immoramus? Clarissima  
 enim predicii Examini, atque approbatio-  
 ni eorumdem Operum exurit probatio ex  
Sacre Congregationis Indicis Decreto, die 3:  
Junij 1594: sub Clemente VIII: emanato,

in quo ita legitur = In novo indice Sullus

VI non respondatur, eidem de Causis, quibus De-  
 putati in Sacro Concilio Tridentino eundem  
Raymundum ab indice surtulerunt. Cui

consonat aliud Decretum ejusdem Congrega-

tionis Latum die 3: Decembri 1595: ejusmo-

di tenoris = Lecto memoriali pro Raymundo

Lullo, conclusum, quod nullatenus in indice

ponatur = si enim Opera Lulliana prohibita

erant in indice Pauli IV. si Patres ad Libro-

rum examen Indicisque prohibitorum confec-

ti Vixit millo: 16 minimo: rationem per Sacrosanctum Concilium Triden-

tinum Martinum deputati eadem Opera ab eodem In-

dice surtulerunt; si demum Sacra Indicis

Congregatio semel, iterumque decrevit, Opera

predicta nullatenus esse in indice ponenda,

quid

quid plane hoc clarius, quid manifestius,  
quam, quod Opera Lulliana dicti Sacri Con-  
ciliij auctoritate examinata jam fuerint,  
atque approbata?

**P**arvoique refert, hec omnia, non immediate à  
Sacro Concilio peracta fuisse, sed à Patribus  
per illud delecti, ac depurati: siquidem  
cum constet eamdem Sanctam Synodum Com-  
misisse predictis Patribus universum Indi-  
cis negotium, ut patet ex sess: 18: in initio,  
et sessio 25: de refor: cap: 13: ac superius alle-  
gata Bulla Pij IV. incipiens = Dominici Gre-  
gij = profecto quidquid predicti Patres exami-  
narunt, approbarunt, atque à Librorum pro-  
hibitorum Indice sutulerunt, ipsius Sacri  
Concilij Tridentini iussu, et auctoritate, exa-  
minasse, approbasse, atque ab Indice sumu-  
isse. Omnino dicendum est, per textum in

Cap: Sane de Offic: et potest: Judic: deleg:  
ibique communiter Canonisq; presertim  
Gonzal: num: 7: et 9: et in cod: tit: Sch-  
malzgrueber num: 31: Hinc Sextus V. in  
erectione Congregationis Indicis eundem  
Indicem dicit Concilij Tridentini iussu editum, ut in ejus constitutione incipiente =  
Immensa Aeterni Dei = inter illius Consti-  
tutiones

116

tutiones in Bullario constit: 74: et Concilium Mediolanense V. sub S. Carolo = jus  
Concilij Tridentini confectum = ut apud  
Labbeum tom: xxi: col: 344: lit: L: Hinc  
similiter Catechismus, Missale, et Breviarium  
a Patribus per eamdem Sanctam Synodum  
deputatis examinata, quamvis per idem  
Concilium non Revisa, ut ex sess: 25: de refor: Cap: 3: atamen Catechismus Concilij Tridentini, Missale, Breviarium aenum  
ex decreto Sacrosancti Concilij Tridentini Re-  
stituta dicuntur.

Sed quod magis urget, Pater SSme. ac perpetuo  
urgebit, illud quidem est, quod Sacrum Con-  
cilium Tridentinum sess: 18: censuit, ut de-  
lecti ad hanc disquisitionem Patres de con-  
juris librisque quid factio opus esset, diligen-  
ter considerarent, atque etiam ad eamdem  
Sanctam Synodum suo tempore referrent.  
Audiens postea, huic operi ab ej: extremam  
manum impositam esse SS. precipit, ut  
quidquid ab illis presitum est, SSmo. Ro-  
mans Pontifici exhibeatur, ut ejus judicio,  
atque auctoritate terminetur, atque evul-  
getur, ut in sessio 25: de refor: Cap: 3.

Hoc autem posito, quum ex facto constet, pre-  
dictor

dicos Patres judicasse; nil utilius fieri posse.

" quam si Romanus ille prohibitorum Libro-  
rum index ~~est~~ fin quo prohibita legebantur

Opera B. Lullij) pauis tantum demis, at

que etiam additis, refinaretur, ut testatur

P. Ferrerius ejusdem Deputationis Secreta-

rius in Preparatione ad Regularis Indicis; pro-

fecto sicuti in relatione ejusmodi eorum

judicij Summo Pontifici facta debuerunt

eidem nominatim exponere, tam Aucto-

rei quos ab eadem indice tollendo, quam

eos quos addendos esse censebant, causam-

que etiam, quia ita censerent ipsi Pontifi-

ci notam facere; ita fieri non potuit,

quin eidem Summo Pontifici innotuisset et

eorum judicium de demendis ab iure

Operibus B. Lullij; dum anidquid prestiti-

tum fuerat, non ipsius Congregationis

particularis, sed Summi Pontificis judi-

cio et auctoritate terminari debebat =

quia facta opus esset & referrent & quid-

quia ab illis prestitum erit, Sanctissimo

Romano Pontifici exhibeatur, ut ejus

judicis atque auctoritate terminetur &

qui quidem summus Pontifex, cum deinde

per se ipsum, ac etiam cocisisimos qua-

dam

dam probatissimorumque Prelatorum, ut ipse testatur, universo predicti Indicis negotio pertinet, atque perspecto; iisque omnibus mature perpensis, que Patrei a Sacro Concilio deputati prestiterant, tandem ea omnia Apostolica auctoritate rata habuerit, ac confirmaverit, ut ostendimus.

Supra §: Verum preterea: jam per se pa-  
tet predicta opera B. Lullij fuisse a Librorum prohibitorum indice deleta ipsius Summi Pontificis iusu, ac auctoritate; ita ut non tam Patribus deputatis, quam ipsi Summo Pontifici predicta deletio tribui abeat, ut per textum in cap: si Apostolice de Prebendo: in 6° ibi = cum ipsa proviso post imperti-

" tam a nobis auctoritatem nostra censeatur

effecta = communiter docent Canoniste, pre-  
sertim Pfeffensuel tit: de Confirmat: num:

18: ibi = Que per Papam confirmata sunt,  
dicuntur Papalia, et Rot: dec: 222: num:

13: par: 7: nc: Hinc recte id perpendens  
Cardinalis Albitius de inconstant: in Fide  
cap: 4o: num: 149: talem Lullianorum Ope-  
rum deletionem ab indice, non tam pre-  
dite Congregationi particulari, quam ipsi  
Summo Pontifici tribuit in hec verba =

Pius

¶ Pius IV. ex dispensationibus habens in con-  
¶ cilio Tridentino novum indicem edens jus-  
¶ sit aboleri nomen Raymundi ex indice =  
¶ Et quamvis (in hypothesi tamen loquendo) idem  
¶ summus Pontifex nullam expressam fe-  
¶ cisset mentionem deletionis ab eodem  
¶ indice Operum Lullianorum, nihilominus  
¶ attenta ejusmodi antecedenti Librorum, re-  
¶ rumque ad indicem pertinentium matu-  
¶ ra, ac diurna disquisitione, non plane  
¶ perinde esset, ac si eorumdem operum de-  
¶ letio fuisset per summum Pontificem in  
¶ forma specifica confirmata, ut in specie  
¶ firmat Card: de Luca de Regular: disc:  
¶ 2: Num: 9: ifi = Ita men ubi Confirma-  
¶ tio regatur ex voto alicuius congregatio-  
¶ nis ordinarij, vel particularis cuius: consul-  
¶ tationem Papa desideraverit, ad effectum  
¶ deliberandi an petita confirmatio conce-  
¶ di debeat, nec ne; tunc quamvis ita fi-  
¶ at in forma simplici abique insertione  
¶ tenoris, adhuc tamen dicitur in forma  
¶ specifica; Eiusque vim, ac operationem ha-  
¶ bet: dum ita ex cause cognitione habita  
¶ per Congregationem resultat certa scien-  
¶ tia ac informationis probatio = et Rota

in rec: dec: 192: num: 3: vers: Tum etiam.

g

Quæ cum ita sint, nil profecto officit, ignotar  
de te quæcūq; libri, nō ex una parte esse causas, propter quas ea-  
libri prohibitos libri, nō sublata eadem opera à Librorum prohibitorum indice  
sublata fuerunt, ex altera vero colligi posse,  
hujusmodi deletionem factam fuisse, ne per-  
turbaretur aliquod Regnum, à quo omni co-  
natu eadem opera, sanguinem sana defen-  
debantur, ex verbis illis Decreti Sacre Con-  
gregationis Indicis Diei 3: Junij 1594: = In

VI. in novo indice Lulli non reponatur, eidem de-  
, causis, quibus Deputati in Sacro Concilio  
Tridentino eundem Raymundum ab Indi-  
ce subulerunt = Et namque tempore quo  
predictum Decretum latum fuit, illa Ope-  
ra in indice inserta non fuisse viden-  
tur, quia ne id fieret instabat, urgebat-  
que Rex Catholicus.

Et profecto ejusmodi objectio, si ea forte fie-  
ret, parvipendenda esset: Ratio enim  
qua eadem opera fuerunt ab indice su-  
blata alia sane non fuit, neque alia  
nec dicitur potest fuisse, nisi ea, quia  
nempe post accuratum eorum examen  
compertrum fuit, nihil in ipsis esse,  
quod Fidei nostræ, quod bonis mori-  
bus

bus adversaretur. Alias acutum est et de  
omnibus iis, que in Romana curia, et  
ab ipso Summo Pontifice; quin et ab  
Eccllesia Catholica in Synodis congrega-  
ta ad Regum, Principum, Populorumve  
postulationem decernitur; si enim  
in approbandis Operibus Raymundi  
Lullij, in quibus plures errores Fidei con-  
trarios contineri in iuste perulgatum  
fuerat; adeo, ut compilatores Indicis  
**Pauli IV.** ad ea in ipso reponenda per-  
moverint: si in hac, inquam, ne pre-  
ceteris omnibus delicatissima adeo con-  
viventer Concilium, et Summus Pon-  
tifax se gessissent, ut propter commen-  
dationem unius Regni ea opera na-  
ssim per manus hominum a persa,  
ab omnibus indiscriminatum legi  
tolerarent, cum magno periculo in-  
de perrimescendo, quod maximos er-  
rores haurire possent: quis unquam  
potest hac aures prebebit Ecclesiæ, et  
Pontifici adeo timidis, ut nesciant  
resistere in faciem hominum qui  
potestatem habent? Absurda sum  
hec, et absurdorum seminaria pro-  
cul

Veruntamen, ut pressius peritringatur objec-  
tio, ostendere non abi re erit, illam  
usquequaque claudicare. Claudiat  
namque ex parte Regni, a quo viriliter de-  
fendebantur, semperque defensia fuerunt. Ope-  
ra B. Raymundi tanguam Catholica: nam,  
ut affirmat Card: Albitius in tract: de in-  
const: in Fide. cap: 26: num: 10: cum segg:  
si Loguamur de invictissimis Catholicisque  
Hispaniarum Regibus; inti, nendum pretari  
faciunt a suis Magistratibus juramentum  
adjuvandi Ecclesiam contra Hereticos; sed  
ipsimet (verba sunt Laudati Cardinalis) in  
,, actu coronationis seu ante quam accipient  
,, Regni gubernacula jurant, se semper Catho-  
licam Fidem servaturos, et a finibus suo-  
rum Dominiorum expulsuros Hereticos:  
,, ipsimet, se subiiciunt Inquisitorum jurisdic-  
,, tioni, quod alijs Catholicis Principibus ex-  
plo esse debet = Quis vero hinc mature pen-  
satis, de Regibus, et Regno ad eos Catholicis  
suspicari unquam poserit, quod nequaquam  
esse uti par erat, subiecissent Concilij Tri-  
dentini, summique Pontificis iudicio, si  
ab his proprio debito examine declaratum  
exitii-

extinxit Opera Po. Raymundi pravam, he-  
reticarum doctrinam continere?

Catholici autem Hispaniarum Principes, qui  
sub sua protectione ea Opera suscepserunt  
ut illa defendarent a nota et censura  
quibus injurissime traduci optime nove-  
rant, ea tenus eorumdem Operum Pro-  
tectores fuerunt; quatenus non preter-  
gredirentur Limites Religionis: neque  
unquam ibi presumperunt arrogare  
judicium supra Legitimas Conciliorum  
Summorumque Pontificum Declarationes  
in hice materijs humiliter attendendas.

Quod si re ipsa iisdem aliquas ad Conci-  
lium Tridentinum, Summumque Pontifi-  
cem, quo ad hoc negotiis commendatissi-  
mieras dederunt; nequaquam tam co-  
rum mens fuit quod Opera Raymundi  
Lullij, utcumque essent, ab Indice expun-  
gerentur; sed dumtaxat exorarunt, ut  
Concilium, Summumque Pontifex, darent  
Operam, qua omnino cessarent conten-  
tiones, et per supremum judicium veri-  
tati innotesceret: si que prava essent, re-  
ponerentur in Indice; ab eo vero deteren-  
tur, si sana. Neque profecto quisquam

Vir

vir prudens aliter censebit; pugnarent enim  
hec inter se, quod Hispaniarum Reges, ac  
Regna verbo ac opere sint Catholicci, exi-  
mamque quo ad Fidei materiam, ac ma-  
res periret, obedientiam, ac submissio-  
nem S. Sedis profiteantur, ut ad rem pon-  
derat Card: Albitius loco citato; et nihil  
minus tamen Lulliana Opera, etiam si  
prava continerent, minime voluerint ef-  
se prohibita.

**Q**tque omni omnino submoveatur dubitatio,  
vedulo animadvertisendum est, quod quum  
in Concilio Tridentino de confirmatione  
novi Indicis Librorum prohibitorum age-  
retur, Regnum Hispanie moderabatur  
glor: mem: Philippus II: qui in manda-  
to quod ad suum Oratorem dedit, et  
in pleno Concilio fuit exhibitum die  
16: Martij anni 1562: in sess: 3: sub Pio

**IV.** uti notat Labbeus tom: XX: concil:

pag: 423: parquam non sine intimo  
cordis moerore mentionem fecisset de illis  
malis, quibus Christiana Respublica jam-  
diu vexabatur, et tot, ac tam diversis  
Opinionibus impetebat = Hoc, inquit,  
qui ipsius Concilij celebrationem, ut Catho-

„ licum Principem decet, tanquam verum,

„ et unicum malorum remedium arden-

„ tissime desiderabamus, libenti anima ob-

„ tulimus, nos id facturos omnemque ope-

„ ram datus, ut predictum Concilium

„ quantum in nobis esset, non solum pro-

„ moveretur; verum etiam Deo ductore,

ad operatum finem perduceretur = Quibus

Regij animi expressionibus respondens

Sancta Synodus = Quem ita pium, inquit,

„ ita sanctum; Vereque Regium animum

„ atque studium Generalis hec Sancta Sy-

„ nodus ita libenter tota mente complec-

„ titur, ita merito laudat, et extollit, ita

„ jure letatur, et in eo requiescit; ut mag-

„ pas quidem gratias Potentissimo, Chri-

„ stiano nomine firmissimo propugna-

cuso, atque vindici agi voluerit = His

autem omnibus mature, uti oportet li-

bratis, tantum profecto abest, ut recte

dici possit, Regem Catholicum suam

curam contulisse pro Lullianorum Ope-

rum a librorum prohibitorum indice

expunctione facienda sine ullo prece-

denti examine, num errores, nec ne-

continerent; ut imo per se pateat,

ipsum

19

ipsum Regem ejusmodi desiderasse exa-  
men, ut Catholice Fidei puritas undique  
sarta recta servaretur.

**M**ultoque minus ejusmodi suspicio locum sibi  
vindicare potest, quoad Venerabiles Patres  
ad id negotij per Sacrum Concilium  
deputatos: nam, ut docet Laudatus Car-  
dinalis Albitius in cit: tract: de inconit:  
in Fide cap: 30: num: 149: Libri male  
de Religione tractantes, et alij qui possunt  
corrumpere disciplinam Ecclesiasticam, bo-  
norue morei, prohibendi sunt. ut bono  
Fidelium consulatur, avertendo scilicet  
ab eis venenum, quod ex horum Librorum  
Sectione haurire possent. et hac de Causa,  
quia Opera D. Raymundi Lullij putabantur,  
jampridem fuisse damnata à Gregorio XI.  
sub Paullo IV. ab Inquisitoribus posita fuere  
in Indice, ne ex ipsorum Sectione Fideles  
haurirent venenum, quod illa in suis Ce-  
lare visceribus à nonnullis credebatur:  
si igitur inconsidirate, et absque previo  
examine Tridentini Patres eadem opera  
á novo expunxissent Indice; projecto, tam  
in ipsis, quam in Summo Pontifice Pio  
IV. qui ejusmodi promulgavit indicem  
verifi-

Verificata fuisse congeries illa absurdorum, que; ranciam impossibilia Christus in medium attulit, et leguntur in Evangelio Luce cap: 11: Qui autem, inquit servator, ex vobis Patrem petit panem;  
" numquid Lapidem dabit illi? aut pis-  
" cem; numquid pro pice serpentem dabit  
" illi? aut si petierit Ovum; numquid  
porriget illi Scorpionem? Quandsguidem  
freti Christi Fideles expunctioni eorum  
Operum ab Indice, nedium Lapidem pro  
pane, sed venenosum serpentem, Scorpio-  
nem, sibi porrectum sensissent.

P

Latet itaque hanc suspicionem undique esse infirmissimam. Magis autem, atque magis persenna summa illa, quam Sacrosancta Tridentina Synodus ostendit, sollicitudine, ut Catholice Fidei doctrinam ob pravos libros inquinatam in suam puritatem restituueret, quam occasione evadendi novi Indicis Librorum prohibitorum, ac deputandi ad hunc effectum quamdam Congregationem particularē, his verbis expressit Ioh: 18:  
" Sacrosanta Oecumenica et Generalis Tri-  
dentina Synodus, non humanis quiden-  
tibus

„ viribus confisa, sed D. H. Iesu Christi, qui  
„ os, et Sapientiam Ecclesie sue daturum  
„ se promisit, ope, et auxilio frata, illud  
„ precipue cogitat, ut Catholice Fidei doc-  
„ trinam multorum inter se dissidentium  
„ opinionibus, pluribus Sociis inquinatam,  
„ et obscuratam, in suam puritatem et  
Splendorem aliquando restituat = Hum-  
guidnam eadem Congregatio per Sacrum  
Concilium ad Librorum examen, negoti-  
umque deputata, tam Sacram ejusdem  
Concilij mentem, tam flagram consideri-  
um restituendi Catholice doctrine puri-  
tatem fefellerit? Non potius  
vel ex hoc undique predicta suspicio  
propulsatur? Sed jam satis in tam peri-  
picuis rebus.

Quod autem Sacra Indicis Congregatio su-  
prascripto Decreto statuerit, Raymун-  
dum Lullum in novo indice non Re-  
nendum, ijsdem de causis, quibus Depu-  
tati in sacro Concilio Tridentino eum-  
dem ab indice surulerunt, hinc gra-  
tis inferitur, causas illas hic indicatas  
fuisse eas rationes politicas, humanoi-  
que respectus, ob assertam Lullianorum  
Operum

operum commendationem: id enim  
dicere est imbecille suspicionis frimtri-  
ai ita dilatare, ut, non solum Deputa-  
ti in Sacro Concilio; verum etiam Car-  
dinales Sacre Congregationis Indicij  
tam gravissimum negotium expleverint  
non de Religionis puritate tuenda,  
non de Populorum boni moribus ser-  
vandis, non de precaudendis erroribus,  
non de pravarum doctrinarum ziza-  
nij eradicandi ullo modo solliciti,  
sed ad humani tantum respectus Ocu-  
los habentes: idque non remel predic-  
to anno 1594: sed rursus in Congregatio-  
ne habita die 3: Decembris 1595: ut ex De-  
creto, de quo supra S: sed quorū. Enim ve-  
ro Decretum illud ita conceptum potius con-  
firmat, Congregationem Indicij censuisse, ades-  
rerosai esse rationes, quibus innixi Deputa-  
ti Sacri Concilij Tridentini, Lullij Opera ex-  
aminantes, ea ab Indice sustulerunt, ut om-  
nino superfluum judicarit ea iterum ad  
examinis trutinam revocare. Regui enim  
vir prudens aliter judicet?

Hullumque ejusmodi infirmifima suspicioni  
fundamentum prebet, quod supradictus Po-

Neto

21

Vitta in aceritate, de qua supra §. Sed hec

satis et seq: silentio preterierit rationes, quibus

Latres à Sacro Concilio Tridentino deputati Lu-

lliana opera ab indice demerunt; Ipse enim

sat patefacit, eadem opera fuisse anteceden-

ter diu examinata, et tanquam Catholicia de-

fensa ac approbata: namque omnem conten-

tionem compositionem fuisse testatur ex quam

, plurimis ad approbationem, detectionem, et

, commendationem Divi Lullij, et ejus omni-

, um operum, tanquam Catholicorum per in-

, tegrum fere biennium &c. adductis, et diligen-

, ter examinati per sacrum Collegium DD. a

, toto Concilio ad hos, et similes actus specia-

liter depuratorum, juxta verba ibidem rela-

ta. Quando quidem igitur Opera Lullij fue-

runt defensa, tanquam Catholicæ: quæque ad

id adducebantur, diligenter examinata fue-

runt in dicta Congregatione particulari; per

se fuit manifestum, rationes delendi ab

indice predicta Opera ear quidem fuisse, quia

comperita fuerunt Catholicæ.

Coeterum perspicio, quod idem Vitta hec testatus

fuit in Prefatione quam prefigebat Opus-

cuto cui titulus = Acta brevia Raymundi Lu-

llij = quod pro Tyronibus in Lucem edere cu-

rabat

rebat; jam nemo non videt, quod ne non pos-  
tulabat, neque apud ille locus erat longius  
digrediendi in singillatim exponendis ijs  
rationibus, que forasse captu difficiles fuis-  
sent, ut pote opportune ad defendendas pro-  
positiones, que dubie vise fuerant in Ope-  
ribus Lullij= nam juxta Tullium Lib: 2: de

Oratore cap: 17: et seq: Ineptus is dicitur,  
" qui, aut tempus quid portulet non videt;  
" aut plura Logitur; aut se ostentat: Om-  
nium autem ineptiarum haud scio, an ulli  
sit major; quam quocunque in loco, quo-  
cumque inter homines usum est, de rebus  
difficillimis, aut non necessarijs argutissime  
dipinare= Quod si aliter putabitur ac e-  
jusmodi silentium ad commendationem  
Operum Lullianorum factam a Rege Catho-  
lico referri vellet, Historie fides jam peri-  
xit; plura enim, que ab historicis aliqui  
sincerissimi reticentur, interpretari pote-  
runt politice fuisse reticita; ita ut ex inde  
nova quedam pretermissonum Historia con-  
sideretur.

Sed quid plura? Laudatus Cardinalis Albitius  
in cit: tract: de inconit: in Tide cap: 40:  
num: 119: expresse ait= Pius IV. ex adpu-  
tatio-

22

„ rationibus habitis in Concilio Tridentino no-  
„ vum Indicem edens, jussit aboleri nomen  
Raymundi ex Indice = Quid autem hoc est,  
habitatis fuisse in Concilio Tridentino dispu-  
tationes? Plane nil aliud, quam illud quod  
de Villeta legitur apud D. Bartholomeum.  
Forme: in Libro apologetico Artis magne Ps.  
Raymundi dicit: 3: cap: 8: num: 20: = ipse  
(de Villeta inquit) adstitit Sacro Concilio  
Tridentino cum Episcopo Barcinonensi,  
„ ubi in exhibendo Opera Lulliana Exam-  
„ inatoribus per totum Concilium ad hoc  
„ specialiter deputatis, et in Respondendo Om-  
„ nibus dubijs, fere per biennium Laboravit;  
„ donec sua plenaria satisfactione Decre-  
„ tum obtinuit, ut dicta opera nullatenus  
„ in Librorum prohibitorum Indice pone-  
rentur = Jam igitur habemus primum  
diuturnum examen in Concilio habitum,  
quod quidem a se disputationum ac di-  
quisitionum, et non aliter fieri potest, et  
consequenter predictorum Operum ab Indi-  
ce expunctione facta patet; propterea quia  
per tot disputationes, et disquisitiones ne  
vera compertum fuit, nihil in ipsi Legi,  
quod prohibitionem mereretur; minime  
vero

Vero tribuenda est assertio Regis Catholici commendationi, cui si erat animus obsequendi, supervacuum erat tot, tantas, ac tam diutinas disputationes, et indagines instituere.

Hegue contrarium infertur ex ijs, que refert.

Card: Albitius de inconst: in Fide cap: 40:

,, num: 149: Gregorius **XIII**: ad instantiam

,, Cardinalis Sirleti voluit iterum ponit Ra-

,, mundum in Indice; sed non fecit ob

,, Hispanorum contradictiones. Itemque

,, Clemens **VIII**. iterum egit per Congrega-

,, tionem Indicis, ut Raymundus reponere-

,, tur inter prohibitos; sed tandem, contra-

dicentibus Hispanis abstinuit = Et enim

cum apud eosdem Summos Pontifices acri-

ter contendissent Adversarij, quo: semper

immeritissime habuit B. Sullij doctrina,

quod ejus opera continerent errores circa

Fidem, ipsi Pontifices, qui causa graviori

momenti, presertim ad Religionem, mo-

resque spectantes, semper partibus audi-

tis decidere solent, hujus Cause examen,

tum Sacre Indicis, tum Sacre Inquisicio-

nis Congregationibus commiserunt. Inte-

rea certiores de his Hispani aditabant

coram Congregationibus, non quidem ai-

morum

morum vi; sed rationum pondere, quibus

innocentem defendenter: Contradictebant in

ij, que ex aduerso adducebantur: cumque a-

Adversariorum argumenta extrinsecis tan-

tum probationibus niterentur, facile ruebant,

ac Pontifices hec considerantes a predicto-

rum Operum prohibitione se abstinuerunt.

**H**eque nostris dumtaxat verbis adsentiri con-

tendimus. Hancid quidem in promptu ipse,

**L**itere, qua Hispanorum Rex Philipus II.

ad suum Oratorem Romæ degentem anno,

1590: sub Clemente VIII. hac super re de-

dit; que ex Hispano, quo sunt conscriptæ

Sermone in Latinum translate sic habent=

**R**egna Majoricæ, et Cathalonia in ita Cu-

ria, ut bene nosti, agunt de defendenda Causa'

**R**aymundi Lullij; et summus Pontifex con-

gregationem disputavit, ut illa revideatur:

**H**oc autem propter sinistras Relationes ali-

quid detrimenti ejus fama patiatur, Sanc-

titati sue nomine meo, gratum fuisse declar-

rabis quidquid hac in re ordinavit; expo-

nendo quoque ipsi rationes que urgunt, ut

procedatur ad ulteriora in dilucidatione

corum, que in hoc negotio in dies innoter-

cent: itidemque apud Cardinales Congre-

gatio-

gationis deputato ea praetatis officia, que  
opportuna visa fuerint ad prosecutionem  
huius negotij. Ego enim eo jure quo te-  
neor, ut pro veritate stem, eamque sub  
dubio positam non nlinguan; in magnum  
mei servitium accipiam quidquid hac in  
re egerit.

Similes annis sui sensu idem Rex palam fecit  
in alijs binis Literis datis anno 1594: et  
1595: quarum ultima extat in Procesus  
anno 1612: Majorica constructo, omniumque  
exempla in Archivo Regni Majoricensis ad-  
servantur, et videri etiam possunt in Dis-  
sertationibus historicis P. Cisternerij dissert:  
2: cap: 5: ss: 12: et 13: Profecto si Rex Phi-  
lippus hec scribebat ad suum Oratorem sub  
**Clementem VIII.** eadem quoque antecedent  
scripsisse dici debet.  
adducta autem Regiarum Literarum ver-  
ba, ne dum nullam ex parte Regis violen-  
tiam adhibitam fuisse convincunt, quomodo  
Raymundi Opera in Indice responde-  
rentur; sed prius enixa Regis volunta-  
tem demonstrant de veritate in hoc nego-  
tio detegenda, expressamque continent com-  
mendationem, non quidem cause, de qua  
indi-

24

indifferenter loquitur; sed predictæ Deputa-

tionis Congregationis per summum Pontificem

factæ pro reca, et ad iuritiae tramites Ordina-

ta hujusce cause decisione.

**A**t quoniam magna est veritatis via, que facile

magis creduntur. non posse per se ipsam invicte defendit: hinc, etiam-

ut ex sepe citato Card: Albitio D. cap: 40:

151: habetur, sub die 9: Februarij anni

1583: tempore Pontificatus Gregorij XIII. no-

latum fuerit a Congregatione Indicis (verius

in modo antea videlicet non mandata a Congregatione S. Officij, aut alia) non esse

permittenda Raymundi Lullij Opera; cui

Congregationi simul cum alijs duobus Cardi-

nalibus, interfuerunt quoque Cardinalis Sir-

lissimus expublico, et repletus, qui acerrime instabat condemnata-

re operarum suarum. cautionem Operum Lillianorum (terre ipso Al-

bitio fidei suae de reprobatione) Magister Sacri Palatij, et Consulto-

res: Haamen hujusmodi resolutio nunquam

habuit exequutionem; quia melius de ve-

ritate edocitus Summus Pontifex ab Hispani-

is contra illas proprieates, et ginnis contradicentibus Adversiorum insi-

mpres. Et respondens illi non nisi conuacionibus, abstinuit a demandanda re-

censiti Decreti publicatione: Imo sub Cle-

mente VIII. prodit Decretum illud Con-

gregationis Indicis adductum supra S:

Sed quorsum, et antea, die nimirum 5:

junij

Junij anni 1594: ac die 4: martij anni

1595: alia duo prodierant relata ab eodem

Card: Albitio, in quibus decernitur, quod

Raymundus Lullus in Indice nequaquam

ponatur; quemadmodum ad hodiernum

usque diem servatum est, habita semper

relatione ad expunctionem ejusdem Lullij,

previo examine ejus operum factam a

Patribus Tridentine Deputationis, et a

Pio IV. confirmatam.

Admirationem vero excitare minime debent hu-  
jumodi vicissitudines; presentim ijs, qui  
mente revolvant, quas aliquando pati-  
untur contradictiones Clarissimorum Vi-  
rorum Opera, assiduusque Adversarios,  
quos semper habuit doctrina Lulliana:

Quam ob rem licet Card: Albitius Loco

citato narret, quod posterioribus Pauli

V. temporibus, examinatis Operibus Lul-

lij, plures in illis propositiones, tum here-

tice, cum herroneq; Offense fuerint: Sum-

mum tamen ille Pontifex B. Raymun-

dum in Indice reponi non fecit, negue-

antecedentia ipsius favore edita decre-

ta, expunctionemque ab Indice per

Ian: Mem: Pium IV. ex supradicte Con-

grega-

gregationis particularis sententia factam

revocavit, non in minimo immutavit; sed

eiusque ad presentem diem illius nomen in

Indice Librorum prohibitorum non legitur;

adeo, ut, si ijs, que narrat Albicius fides

prestanda foret, si quoque Ponitex in-

ter alios, qui juxta per eum narrata,

conniventes fuisse videntur, absurdissime

eset recensendus.

*Augeturque absurdum ex eo quod Summus Pon-*

*tifex, ut idem Albicius refert, ab Adversa-*

*rijs Lullij in eam falsam adductu erat*

*suspicionem, quod in ejus operibus conti-*

*nuerunt errores; adeo, ut die 29: Auguri*

*anni 1619: stante quadam censure ei relata,*

*annuerit scribi Hunio Apostolico His-*

*paniarum, eique remitti censuram, ut*

*de hoc agat cum Preze, et Inquisitore ma-*

*jori Hispaniarum; quibus significet Si-*

*bros Raymundi Lullij, juxta Censure*

*hujusmodi tenorem esse prohibendos:*

*eos autem, qui illas antea viderunt,*

*non omnia fortasse legisse. Interim*

*Videatur, an in Castro S. Angeli ad sint*

*acta per Deputatos in Sacro Concilio Tridentino*

*ad revidendum hujusmodi Libros =*

*juxta*

juxta verba Decreti Congregationis habite  
coram Ssmo. apud eundem Albitium,  
par: prima, num: 150: ad fin: si autem  
adeo certa erant omnia, adeoque sibi con-  
tabant, que de Raymundi operibus  
tunc ferebantur: Cur summus Ponti-  
fex eorum lectionem non illico in-  
terdixit, vel latrem suspendit, ne Do-  
minicus Grex sibi commissus, vel mi-  
nima temporis momento pravae in-  
de doctrina hauriret? Cur in dies  
illorum prohibitionem aitulit; donec  
Hispaniarum Hunio scriberetur;  
donec irte Regem, Inquisitoremque  
consuleret? cur in istius modi Decreto  
absolute nequaquam dixit, Libros Ray-  
mundi Lullij fuisse et esse prohibendos;  
sed illa verba interjecit = juxta Cen-  
sure hujusmodi tenorem?

Cur denique, si ij, qui eos Libros antea vi-  
derunt, non omnia fortasse legerunt? Cur,  
inquit, perquisitionem actorum per  
Deputatos in Concilio Tridentino faci-  
endam mandavit? Porro agebatur  
de R, que dilationem non patiebatur:  
ideoque, si ea opera prava Contine-  
bant

bant, statim prohibenda erant. Quod si sum-

mus Pontifex ea non prohibuit, neque etiam

eorum Lectionem suspendit; consequens est illud,

eumdem nihil certi, nihilque comperti habuisse,

in iisdem operibus errores contineri; sed dum

taxat id decrevisse, sub hypothesi, quod in dic-

tis Operibus continerentur ea que in dicta

censura sibi plata supponebantur: Prudenter

sicut de membrorum numero itaque Pontifex a predictorum operum pro-

tectione nullum servandus erat, inhibitione se abstinuit; idque etiam omnis

jurii et cœqui, bonique ratio postulabat; donec

Paribus auditis, ac pericruxatis Actis Congre-

gationis per Sacrum Concilium Tridentinum

deputate, ut ipsa compresisset, eadem opera

prohibitionem merexi. Cumque nunquam de-

inceps fuerint prohibita, vel eorum Lectio-

suspensa; fateri cogimur, eundem Pontificem

vix actis dictæ Congregationis, omnibusque

mature perpenis, illius Censure insubstanti-

am manifeste reprehendisse: ita, ut si ad Ac-

ta Tridentine illius Deputationis, tanquam

ad Lydium Sapsidem provocaretur; ex inde

profecto, et illos, qui antea Lulliana Opera

Viderunt, examinarunt, approbarunt, omnia

certe Legisse, examinasse, approbatissse, et quale

super his proferendum esset judicium, non

obscure

Obscure, sed aperte Comperiretur.

Quin scrupulum id iniiciat, quod à Card: Albitio  
subditur; statim nimis ab expeditione  
illius Decreti, promotam fuisse pro parte  
Regni Majoricenii instantiam pro corre-  
tione operum Lullianorum. Siquidem ipsi  
Majoricenses, et si firmissimo innisi fundamen-  
to sepe dicti accurati Operum Lullianorum  
examinis, eorumdemque ab Indice expunc-  
tionis, pro certo haberent, nullos quidem  
in illis contineri errores; eoque in dicta  
Censura notato, aut recte defendi; aut  
(veluti de promptos ex Libris haudquaquam  
ipsius B. Lullij autographis, de quibus  
ob temporis antiquitatem nunquam cer-  
to constitit; mutroque minus in pre-  
sens constare potest) in quibus vel mali-  
zia; vel ut frequenter accidit, ex Ama-  
nuensium ignorantia facilime irrepere  
potuerunt errores) ipsi Lullio vere et jure  
attribui nequaquam posse: Nihilominus, ut,  
quam erga Petri Cathedram venerationem,  
et observariam profitebantur, ostenderent,  
apud S. Sedem insisterunt, ut si eadem  
re penitus perscrutata, forte (ut non exis-  
timabant) judicasset, aliqua in Operibus

Lullia-

27

Lulliani re vera contineri animadversione  
digna, ad illorum potius correctionem, quam  
ad prohibitionem procederet: cum autem, ne-  
que tunc, neque deinceps ad hodiernum us-  
que diem, non obstante predicta Theologorum  
censura, eadem opera, neque unquam prohibita,  
aut correcta fuerint, neque etiam eorumdem

Lectio saltem fuerit suspensa; sed tam eadem  
S. Sedis, quam Sacra Hispaniarum Inquisi-  
tio, quibus Catholice doctrine puritas quam  
maxime cordi semper est, licet apprimen-  
conscie illius censure; permiserint tamen  
ac permitant adhuc, sepedicta Lulliana  
Opera privatim ac publice in scholis Legi,  
atque explicari: quid plane hoc clarius quid-  
ve manifestius ad patefaciendum comper-  
sum de inde fuisse, B. Lullij doctrinam  
Ecclie sensui minime adversari; sed imo  
maxime esse conuentaneam; ac merito ea-  
dem opera fuisse jam pridem a Librorum  
prohibitorum indice jussu San: mem: Pij  
**IV.** edito deleta, previo rigoroso eorum-  
dem operum examine facto per Venerabi-  
les Patres a Sacra Tridentina Synodo, ad  
id negotij deputato? ita, ut in presens,  
non ejusmodi censure, que nullum habu-  
it

it effectum, ratio haberi debeat; sed quidem  
tam predicto antecedenti examini, quam pos-  
teriori facto, diurna, contransque centum  
triginta annorum observantia roborato (quod  
factum ipsum perspicue loquitur) unice  
sit deferendum, juxta doctrinam Rote.

dec: 751: num: 13: et dec: 1017: num: 20: et

21: cor: Molin: ibi = Prohibitio autem fac-

ta in iisdem instrumentis, ut in posterum

" 88. nihil officit; quia cum illa suum non

" habuerit effectum; dum, ea non obstante,

" semper 88. signum evidens, et demonstra-

" tivum elicitur, quod subinde agnitus

" esset, dicta pacra non sustineri 88. et pro-

" inde, cum non fuerint effectuata; tantum

" abeat, ut officiant; quin potius mirabili-

" ter confirmant rem, de qua est quæsio =

*Et mire ad rem facere videatur id, quod*

*S. V. obiter docet in eximio opere de Servo*

*Dei Beatific: Lib: 2: cap: 4: num: 7: ibi =*

" Si rumor adversus famam et mores Ser-

" vorum Dei cito evanuerit; fama vero de

" corum sanctitate perseveraverit, non an-

" tecendi rumori jam extinto, sed poi-

" teriori perseverantie, et augmento fame

*erit deferendum.*

28

Ad quam solemniem Lullianorum Operum ab In-  
dice expunctionem semper oculor habens Se-  
des Apostolica, sequuta non fuit Votum edi-  
tum in Congregatione S. Officij, à Cardinali  
Bellarmine, per Card: Albium relatim:

Quamquam enim Venerabilis ille vir in

hec verba sententiam suam protulerit =

"Ego sentio: primo doctrinam Lullij saltem

"esse inutilem, et periculosam, ut experien-  
tia docet, quia pauci ipsam sequuntur :

"Secundo posse libere prohiberi, donec corri-  
gatur: et Correctio approbetur ab hoc S. of-

"ficio (hanc conditionem addo, ut minus

"displaceat hec sententia damnationis;)

Nunquam tamen, ac prorsus nunquam

post expuncta ab indice Pauli IV. B. Ray.

mundi opera, illa in Librorum prohibi-  
torum indice reposuit.

Et jure guidem, ac merito; quum rationes ille

à Ver: Cardinali Bellarmine in suo Voto

adducte (pace tanti viri dixerimus) nulli-

us certe apparent esse momenti: si enim

pauci Lullianam doctrinam sequuntur;

pauciores tamen, et fortasse neminem repe-

rire licebit, qui B. Alberti Magni, qui

Alexandri Alensis, qui Ocamii, qui pluri-

um

um aliorum insignium Doctorum dogma-

ta sectentur. Experientia vero, quam objecit,

potius misericordia confirmat sanitatem doc-

triae ejusdem Lullij; dum intra diutur-

num fere quinque seculos spatium, quo

Lulliana opera, tum publice in Scho-

lis explicata, tum privatim Lecta, ac La-

tino, Hispanoque sermone vulgata fuerunt,

non modo nunquam omnino, ac omni-

nunquam aliquis ex illius doctrine

lectatoribus deprehensus fuit errans in

Fide, bonisque moribus; Majorice preser-

tim ubi Ps. Raymundi doctrinamque

ac alie coeterorum Doctorum publice in

Academia frequentatur: imo vero Lul-

lianæ doctrine sectatorum pluribus ani-

marum cura committitur, quam illis

aliorum; plures Synodalium Examina-

torum munus exercent; plures Consul-

torum, Qualificatorum, aliorumque offi-

ciorum Tribunalis S. Inquisitionis su-

beunt pondus; neque id paucis ab hinc

annis, sed iam tum a seculo **XIII.** se-

per constantissimeque servatum fuit:

nunquam vero dissonans quid a Fide,

bonorumque morum disciplina, quod

facile

L9

facile in hisce muneribus deprehensum fuie-

set, sive intra domesticos parietes, sive pa-

lam, doctum, scriptum, prolatumve fuit;

verum etiam bonos fructus emissoꝝ a Lullia-

na doctrina, preter alios, quos consulto omit-

timus, ne in immensum crescat oratio,

gustare licet in Auctoribus Celeberrimis Viris,

joanne Ludovico Villeta Barcinonensi Theo-

logo, de cuius preclaris meritis Legendus

Card: Pallavicinus in hist: Conc: Trid: lib:

17: cap: 6: num: 7: ac in Petro Dagui. Pre-

bitero Monii Albi insigni Magistro et Ca-

thedralico Doctrinae Lulliane, Inquisitore Gene-

rali per totam Hispaniam, de quo fit mentio

in tom: I: oper: B. Raymundi Lullij edition:

Mogunt: inter Auctores prime classis discipu-

los Lulliane doctrine fol: 43: et in lib: Apologet:

P. Fornes dicit: 2: cap: 5: num: 18: pag: 85: et

dicit: 3: cap: 8: pag: 305: Quunque non posseit

arbor bona mala fructus facere; nec arbor mala

bonas fructus facere; ut dicit Dominus in Evan-

gelio Matth: cap: 7: evidenter hinc appa-

ret sanitas doctrinae Lulliane, ut per se paret.

Adducta ergo a Ven: Card: Bellarmino experientia,

quam ipse sua dumtaxat opinione affirma-

bat, pugnat cum vera experientia: Quapro-

ter

ter, si ingenius ille, itemque celebris Vir  
Franciscus de Rubeis, qui teste Albitio de in-  
cons: in Fide cap: 4o: ex num: 442: omni

studio, concluserat, curandam esse recognitio-

„nem, ac diligentem Revisionem Librorum

„Lullianorum; ne, si forte aliquoi errores con-

tinuerentur indeo in scilicet „tineant, illi vulgari lectione facilius irre-

pant in Vulgi. (Cujus tamen opinia nil

certi adversus hanc partem evincit, ut ex

verbis illis = Si forte = que sunt conditio-

nalia, liquet) si inquam oculares unigue

testes fuissent bonorum, que in nonnullis

Orbis Regionibus ex B. Raymundi doctri-

na proveniunt, facile sua de hoc Scripta

retractassent cum P. Pacifico Cappuccino,

qui in relatione sui iteneris Persici edita

Parisijs anno 1631: post enarrata ea, que

Majoricae viderat de Sanctitate, cultu, et

doctrina B. Raymundi Lullij, hec verba

tandem protulit = En hoc est quod de his

„superficialiter dicere possum, certificatu-

„quod hoc modicum satisfaciens multis bo-

„nis mentibus, que per quandam malam

„impressionem habent easdem cogitationes

„contra hunc sanctum, quas et ego habui;

„cui natus honorum per prelensis Scriptum.

Jague

Itaque, quum B. Raymundi Opera, non obstantibus

tot contrarijs conatibus, ac tot censuris, nungam

omnino per Summos Pontifices prohibita fuerint;

prefecto firma, immotaque manet supradicta

eorundem operum approbatio, atque ex Libro-

rum prohibitorum Indice per Pium IV. ex sepe-

dite congregationis per Sacrum Concilium Tri-

Dentinum deputate sententia demandata, ac

sequuta expunctio; Quæ quanto acrius semel,

iterum, ac tertio fuit oppugnata, ter tanto

majore, firmioreque robore stabilita remansit,

adnotata per Rot: dec: 751: num: 13: cor: Mo-

lin: et dec: 13: num: 4: cor: Falconer: de offic:

ordinar: ibi = Ex dicti contradictionibus ma-

giis constatilita remanit.

Hactenus deducta usquequaque propulsant suspicio-

nem de sensu Sedi Apostolice, potius adverso

quam favorabili B. Raymundo; Iurmodi

enim suspicio unice innititur assertæ Bullæ

Gregorij XI. damnanti plures articulos per

eumdem Lullum in suis Operibus conscriptos:

Quæ guidem Bulla quanti minimi facienda

sit, vel ex eo patet, quod, quamvis in indice

Librorum prohibitorum tempore Pauli IV. edito,

eadem opera prohibita legerentur, vigore dictæ

Bullæ Gregorianæ, ad quam dimittat Oculos

habuisse

habuisse compilatores ejusdem Indicis, ipsi met  
in concilio Tridentino fassi sunt, ut narrat,  
et comprobat P. Cusurerius in suis disserta-

tionibus Historicis dissert: 2: cap: 4: 6: 10: et

num: margin: 29: At nihilominus Patres

per Sacrum Concilium Tridentinum deputa-

ti, qui predictum Indicem sub oculis ha-

buerunt, omnibus diligenter perspexerunt, ipsa

Lulliana opera a Librorum prohibitorum In-

dice tollenda esse decreverunt; ac Summus

Pontifex Pius IV. ea, que predicti Patres ges-

serunt confirmavit. **Q**uis autem hec per-

pendens vim ullam tribuet predictae assertio-

Bulle, que tam solemniter nullo numero

habita fuit? **Q**uis etiam vir cordatus, ac

prudens assentiri unquam poterit eorum

Fluctuum private catervae, qui assertere

non dubitarunt, quam plures in doctrina,

Fideique Catholica errore (eo tempore quo

P. Nicolaus Eymericus Inquisitoris mune-

re per Aragoniam fungebatur) reperto fui-

se in operibus, que sub nomine B. Raymun-

di Lullij inscribabantur; atque ob eam rem,

procurante eodem Eymerico, in relata Grego-

riana Bulla fuisse damnata?

**Q**uemadmodum igitur nulla fides iji tribuenda

est;

Respondeatur Objectionibus  
que fieri possunt ex dictis  
nonnullorum Scriptorum.

est; ita multo minus credi potest Abrahamo  
Bzovio, aliquique ipsum transribentibus; dum  
is tom: 13: Annal: Ecclesiar: ad annum 1260:  
narrat hoc ipso anno Alexandrum IV. condem-  
nasse errores, putridaque blasphemias Raymun-  
di Lullij: Quandoquidem hujusmodi dictum  
non exiguo Laborat anachronismo. Quidquid  
enim sit de Historicorum discrepancia in ad-  
notando anno, in quo Ortu fuit B. Raymun-  
di Lullus; id unum certum est inter Balea-  
res, eum in Lucem editum fuisse, post libe-  
rationem Balearici Regni a Maurorum ty-  
rannide; quod equidem contigit prius Kalen-  
das Januarias anni 1229: quare in adnotato  
anno 1260: ad summum B. Lullus numera-  
bat sue aetatis trigesimum; qua porro aetate  
abdicationis seculi vanitatibus, Deo vacare ce-  
pit, ut habetur in Lib: 2: Contemplationum,  
qui ejus nomine inscribitur cap: 70: diu vero  
post suam conversionem ipsum manus ad  
scribendum apposuisse tradit Auctor coequus  
ejus vite, que extat in tomo primo Operum  
Lullianorum edition: Mloqunt: ac ne vera nun-  
quam repertum est aliquod opus sub nomine B.  
Raymundi Lullij exaratum ante annum 1260:  
consequitur proinde falsum prorsus esse Ale-  
xan-

xandrum **IV.** illius scripta, adhuc non existentia damnationis censura inuisisse.

**A**ugetur vero hujusmodi demonstratio ex non Levi inverisimilitudine: Quippe si vera esset hujusmodi tam solemnis damnatio anno 1260: expeta, ipse certe Raymundus aurum non fuisse plures libros conscribere; omnes enim eum tanquam hereticum repudiassent: At ipse plures libros conscripsit usque ad annum 1314: non clanculum, sed palam suam doctrinam edocuit; sed plerumque in Monasterijs, et coenobij, commodum illi locum suspeditanti- bus Religiosis viris ibi degeneribus; plura enim scrispsit Paris, plura Romæ, plura Janua, apud Patres Sacri Ordinis Predicorum, Cistercien- ses, minores, et alios: ipse excepto tempore suarum peregrinationum, assidue commoratus fuit in medio orbis Catholicæ, in Italia, in ipsa quoque Alma Urbe, ad quam veniens anno 1290: commendatissimæ de se literas attulit ad ministros Provincie Romane Ordinis minorum sibi datas a Raymundo Gaufrido ejusdem ordinis Ministro Generali, in quibus precipiebatur, ut, si aliquis ex Fratribus Raymundi doctrinam vellet audire, de opportunitate Soci ei consulteretur. Extant et

Litteræ

Litere apud culturum in dissert. I. cap. 6:

num: 68: margin: Ipse denique frequenter co-

ram Romanis Pontificibus, in Academia Pari-

sensi, in Concilio Viennensi adstitit, nec ulli-

bi, nec unquam, nec a quoquam de heresi aut

erroribus in Fide, vel inquinatus, vel suspec-

tus, accusatus, traductusve fuit; Quapropter in

hac rerum perspicuitate, aliud certe dicendum

non superest, quam Prozovium, aliquae eun-

sequentes, dum ita conscribunt, in similem,

vel fortasse majorem incidisse equivocationem;

ac illos, qui hunc nostrum Raymundum Lullum

cum Raymundo de Tarraga neophyto confun-

dentes, ei adscriperunt blasphemias, quas hic

effutit, qui sane scriptores, ut optime noris

Boñe. Pater, numero pauci non sunt.

**H**ullum similiter facessunt negotium illorum scrip-

torum censure adversus aliquas opiniones, qu-

as ipsi ajunt, a B. Raymundo fuisse assertas,

illius stilum, ac loquutionem. Cum ex illis, ut

S. R. non latet, plures, nec unum verbum Ope-

rum Lullianorum Legerunt; vel si aliqua

perlustrarunt, in transcurso quidem, et Super-

ficie, non intus, et in cute rem examinarunt;

alij vero animi affectionibus irretiti, suorum

majorum dicta sectari maluerunt: In quibus

profec-

projecto circumstantijs, cui fidendum est? his-  
cognitus lumen sibi: nigrum ad: no- ne; an vero alii, qui data opera, et ex profes-  
sione in predictis iuribus, vel ob sibi de eo demandatam Provinci-  
alem iuramentum oilius in iuriam ab universali Tridentino Concilio, vel ju-  
ncte ab iuramento in vicem suorum ab bente Summa Pontifice, non nisi post accura-  
tissimum, et exactissimum examen, eadem  
Lulliana Scripta, jam tunc ejusmodi notata  
censuris, Laudarunt, approbarunt, rata habue-  
runt, eaque ab illis, tanquam iana, et Catho-  
lica habita, ab Indice Librorum prohibitorum  
expuncta fuerunt? potissimum cum eidem  
approbationi, pro coronide, et Suprema ma-  
gistrorum approbatu superaddatur Pontificia Pij **IV.** appro-  
batio?

Hicce vero equa lance consideratis, nullius robo-  
ris esse facile patebit illorum opinio, qui  
Lulliana opera comprehensa fuisse arbitran-  
tia, et sub dispositione prime Regule Indicis, in  
qua generalibus verbis statuitur, quod = Libri  
omnes, quos ante annum 1515: aut Summi  
Pontifices, aut Concilia Decumenica dam-  
narunt, et in hoc jndice non sunt, eodem  
modo damnati esse censeantur; sicut olim  
damnati fuerunt, = ex inde inferentes, quod,  
sicut in Indice Pauli **IV.** Legebantur.  
Lullij opera tanquam damnata a Gregorio

**XI.** Longe ante annum 1515: ita, etiam si  
in novo Pij **IV.** Indice non fuerint inscrip-  
ta, damnata tamen esse censeri debeant.

Isthec autem argumentatio quanram irroget  
injuriam Deputatis a Tridentina Synodo,  
qui, et indicem Pauli **IV.** reformati, et ge-  
neralei Indicis regulas cuderunt; ac ipsi Sedi  
Apostolice, quisque considerare poterit. Ad  
quid enim valisset pretiosissimum tempus  
insumere in examinandi Lullianis Operibus?  
Ad quid vero examine completo, propter ra-  
tiones in eo demonstratas, eadem opera ab  
Indice delere? Ad quid denique post hujusmodi  
ad eos solemnem expunctionem, suscitatis contro-  
versijs subsequentibus Pontificibus, ut superius  
dicebamus, ea tanguam damnata vigore dic-  
te prime Regule Indicii non reputare?  
Profecto non ex alia ratione, quam ea, quod,  
sicut in Indice Pauli **IV.** ideo inter prohibita  
re censebantur Raymundi opera; quia pridem  
fuerant damnata a Gregorio **XI.** ita, si illa  
ab eodem Indice expungerent Patrei Triden-  
tine Deputationis, certum est argumentum,  
comperit eos habuisse falsitatem, et inexi-  
tentiam suppositae damnationis Gregoriane.  
Hegue aliter je ne habere potest; auferitur  
enim

enim ab Indice noster Raymundus, et non  
auctoritate sibi VIij. auctoritate sibi  
nati ante annum 1515: quia nimurum de ho-  
rum damnatione non dubitabatur; de damna-  
tione vero Raymundi Lullij, ut pote supposita,  
ac falsa, nec conitabat, nec unquam conitare  
poterat.

Idque adeo perspicuum est, ut ipsimet Patres Deputati, et Pius IV. quodam modo Limitantes Regulam primam Indicis, generalibus illis verbis conceptam, s: 2: Regule X. que est ultima, expresse sanxerunt = Circa vero Libros quo  
Patres Deputati examinarunt &c. quidquid  
illorum statuisse constituerit, tam Bibliopolę,  
quam ceteri observent. Liberum tamen sit  
Episcopis, aut Inquisitoribus Generalibus, se-  
cundum facultatem quam habent, eos etiam  
Libros, qui his Regulis permissi videntur,  
prohibere; si hoc in suis Provinciis, aut Provin-  
cijs, vel Diocessibus expedire judicaverint.

Quum igitur observantia inde subsequitur, ea  
primant, publiceque vendant opera Lulliana;  
itemque illa, et illorum elucidationes, ac  
commentaria, non in una, vel altera  
tantum regione, sed in toto terrarum Or-  
be

34

be passim per Episcopos, et Inquisidores, illi-  
co vel post Concilij Tridentini celebrationem  
commendata, et approbata fuerint, et illorum  
impressio, ac editiones, nendum permisso sint,  
et in presentiarum permittantur; Verum-  
etiam necessarias interponant Licensias ad  
illa imprimenda, publiceque vendenda; quin  
et Summi Pontifices nunguam deinceps,  
non obstantibus contrarijs conatibus, ea pro-  
hibuerint: Mirifice ab effectu comprobatur,  
excepta fuisse ex generali illa Regula Indicis  
Lulliana opera, veluti re ipsa a Patribus  
illis Deputatis examinata, approbata, et  
tanguam sana, et Catholica habita, atque  
recognita; eosdemque insubstantem, ac fal-  
lam agnoscisse Bullam Gregorij XI. in qua  
ea opera condemnata apparebant, et ob  
eam solam rationem in Indice Pauli IV.  
fuerant reposita et collocata.

Reliquum est, ut aliqua respondamus ad Sac:  
Respondeatur ad proxim Sac:  
Rituum Congregationis proxim, juxta  
Rituum Congregationis proxim, juxta  
guam, etiam opera non prohibita, ad ef-  
fectum, de quo agitur, revideri solent. Ad  
cujus rei examen quod spectat, si oculi con-  
siderantur ad Lullianorum operum Revisio-  
nem, ac approbationem jamdiu factam  
a Con-

III  
Respondetur ad proxim Sac:  
Rituum Congregationis, quo ad  
revisionem operum servor: Dei.

ā Congregatione per Sacrum Concilium Tridentinum deputata; ac penitus diligenterque, uti oportet, perpendatur, fuisse Summi Pontificis **Pij IV.** ius, ac autoritate terminata,

per eundemque specialiter confirmata gesta per eandem Congregationem, ut supra probavimus; tanti profecto hęc omnia ponderis esse videntur, ut sperare fassit, Omitendam esse hujusmodi Revisionem: nam,

quum Sacrum Concilium Tridentinum, ac multo magis ipse Pontifex majores sint Sac: Rituum Congregatione; utique, que utriusque ius, ac examinata, ipsiusque Summi Pontificis auctoritate Confirmata fuerunt, ea non videntur iterum

esse ejusdem Sac: Rituum Congregationis auctoritate revidea, juxta Sanctionem

**Alexandri III.** Predecessoris Tui in Cap: 2: de Confirmat: util: ibi = De Confirmatio-

„ nibus autem Romanorum Pontificum, tuam volumus cognitionem tenere, quod contra illas &c. non est aliquatenus iudicandum; ibique communiter Canonizate presertim Reiffensuel D: tit: num: 18:

„ ibi = Otrum de Confirmatione per Pa-  
„ pam facta possit iudex inferior cognosce-  
re?

1  
,, re? Respondetur I. Contra Confirmationes  
,, Pape 88. nullus inferior iudex potest aliquate-  
,, nui judicare, aut recognoscendo eadem im-  
mutare; Et Leuren. quest: 1173: sub num: 1:  
ibi = Inferior de actu confirmato cognosce-  
re nequeat.

Et quamvis vulgato Urbani VIII. decreto genera-  
liter caveatur, ut Servorum Dei Opera dili-  
genter in Sacra Congregatione examinentur;  
Cujusmodi tamen Logutio, et si generalii, ap-  
ta non est, casum, in quo versamur, com-  
prehendere: Qui enim omnia dicit, non  
omnia dicit; excipienda semper sunt que-  
dam a generali sermone, ut docet Cujacius  
in Lib: 46: f: de Peculio oper: edit: neapol:  
tom: 5: col: 777: in fine: Hinc, licet, a  
Sacro Concilio Tridentino sess: 25: de Befor:  
cap: 6: statuatur, ut obtinentes Dignita-  
tes in causis Ecclesiasticis Episcopo subij-  
ciantur, non obstantibus concordijs, que-  
rantum suis obligent auctores; At nihil a-  
minus predicta Conciliaris dispositio non  
procedit, si concordia fuit confirmata per  
Summum Pontificem; Fagnanus in cap: 1:  
de Confirmat: util: num: 24: ubi testatur,  
ita decidisse Sacram Congregationem Con-  
ciliij,

cilijs, idemque tradit Gallemart: ad dictam  
ejusdem Sacri Concilij sess: 25: cap: 6: n<sup>o</sup> 30:

Tandem, ut omnia breviter complectamus; sive

quia non conitat de autographis operum B.

Raymundi Lullij; sive opera que sub

ejus nomine circumferuntur, jamdiu, ut su-

pra exposuimus, examinata, atque approba-

ta fuerunt: plane videntur, procedi posse ad

ulteriora in hac causa, Omissa ulteriori re-

wisione; prout Postulatores humiliter, arden-

terque Sanctitati Tuae supplicant, ac secum

una universus Insularum Balearium Po-

puli, aliisque Hispaniarum Provincie;

et a Tuae Apostolice Sargitatis plenitudi-

ne benigne se consequuturos esse in sum-

mam spem adducuntur.